

Vl. IN NÓMINE Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

R/. Amen.

Vl. INTROÍBO ad altáre Dei. *R/.* Ad Deum qui lætíficat iuventútem meam.

Vl. IÚDICA ME, Deus, et discérne cáusam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érue me.

R/. Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus?

Vl. Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua. *R/.* Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum qui lætíficat iuventútem meam.

Vl. Confítebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea, et quare contúrbas me?

R/. Spera in Deo, quóniam adhuc confítebor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.

Vl. GLÓRIA PATRI, et Filio, et Spiritui Sancto.

R/. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

Vl. Introíbo ad altáre Dei. *R/.* Ad Deum qui lætíficat iuventútem meam.

Vl. ADIUTÓRIUM nostrum in nómine Dómini.

R/. Qui fecit cælum et terram.

Vl. Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Páulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitátióne, verbo, et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Virgínam, beátum Michaélem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Páulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

R/. Misereátur tui omnipotens Deus, et dimissis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Vl. Amen.

R/. CONFITEOR Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, Pater: quia peccávi nimis cogitátióne, verbo et ópere, mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Virgínam, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Vl. MISEREATUR vestri omnipotens Deus, et dimissis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

R/. Amen.

Vl. Deus, tu convérsus vivificábis nos.

R/. Et plebs tua lætábitur in te.

Vl. Osténde nobis Dómine, misericórdiam tuam.

R/. Et salutáre tuum da nobis.

Vl. Dómine, exáudi oratióne meam.

R/. Et clamor meus ad te véniat.

Vl. Dóminus vobiscum. *R/.* Et cum spírítu tuo.

Vl. KÝRIE ELÉISON. *R/.* Kýrie eléison.

Vl. Kýrie eléison.

R/. Christe eléison.

Vl. Christe eléison.

R/. Christe eléison.

Vl. Kýrie eléison.

R/. Kýrie eléison.

Vl. Kýrie eléison.

Vl. GLÓRIA IN EXCÉLSIS DEO

R/. ET IN TERRA PAX homínibus bonæ voluntátis.

Vl. Laudámus te. *R/.* Benedícimus te.

Vl. Adorámus te. *R/.* Glorificámus te.

Vl. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam.

R/. Dómine Deus, Rex cœléstis, Deus Pater omnípotens.

Vl. Dómine Fili unigénite, Iesu Christe.

R/. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris.

Vl. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

R/. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram.

Vl. Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis.

R/. Quóniam tu solus Sanctus.

Vl. Tu solus Dóminus. *R/.* Tu solus

Altíssimus, Iesu Christe.

Vl. Cum Sancto Spírítu in glória Dei Patris.

R/. Amen.

Vl. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Vl. Orémus. *Vl.* Per ómnia sæcula sæculórum.

R/. Amen.

Vl. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Vl. Sequéntia sancti Evangélii secúndum N.,

R/. Glória tibi, Dómine

R/. Laus tibi, Christe

Vl. CREDO IN UNUM DEUM.

R/. PATREM omnipoténtem, factórem coeli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium.

Vl. Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum. *R/.* Et ex Patre natum ante ómnia sæcula.

Vl. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. *R/.* Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt.

Vl. Qui propter nos hómines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. *R/.* Et incarnátus est de Spírítu Sancto ex María Virgine: et homo factus est.

Vl. Crucifíxus etiam pro nobis; sub Póntio Pilato passus, et sepúltus est.

R/. Et resurrexit tertia die, secúndum Scripturas.

Vl. Et ascendit in coelum: sedet ad dexteram Patris.

R/. Et iterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos: cuius regni non erit finis.

Vl. Et in Spírítum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit.

R/. Qui cum Patre, et Filio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas.

Vl. Et unam, sanctam, catholicam et Apostólicam Ecclésiám.

R/. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum.

Vl. Et exspécto resurrectionem mortuórum.

R/. Et vitam ventúri sæculi. Amen.

Vl. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Vl. ORÁTE fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem. *R/.* SUSCÍPIAT Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad láudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

Vl. Per ómnia sæcula sæculórum. *R/.* Amen.

Vl. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Vl. Sursum corda.

R/. Habémus ad Dóminum.

Vl. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R/. Dígnum et jústum est.

SANCTUS, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.

(después de la Consagración)

BENEDÍCTUS qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

Per omnia saecula saeculorum. *R/.* Amen.

PATER NOSTER, qui es in coelis: Sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum: Fiat volúntas tua, sicut in coelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie: Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne. *R/.* Sed líbera nos a malo.

Per omnia saecula saeculorum. *R/.* Amen.

Vl. Pax † Dómini sit † semper vobis † cum.

R/. Et cum spírítu tuo.

AGNUS DEI, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.

Vl. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. *R/.* DÓMINE, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Vl. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Vl. Ite, Missa est.

R/. Deo grátias.

Vl. Benedicat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, † et Spírítus Sanctus. *R/.* Amen.

Vl. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Vi. † Inítium sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

R/. Glória tibi, Dómine.

R/. Deo grátias.